

de Guavatio Guancio, Joanne de Battinellis, Manfredi Testanova (*Testania*) Gulielmo Casuletto, Cavoletto, Conrado de Alfineno (*alciminis*), Laurentio Gulielmo Lanzi (*Lanzi*), Uttone Fallo, Dalmatio Patropiano (*Fetrofiano*), Ruffino de Rocha, Gulielmo Rubeo, Albertaccio Barberio, Opizone Columbo, Anselmo Mascaro, Guidatio, Laterio de Sivoletis, Raimondello, Gulielmo Guazzo, Henrico Lanza, Gandulfo Recco (*Bechi*), Ruffino de Monte, Oglerio Prazo (*Ponzo*), Conrado de Coletto, Belengerio de Pratis, Vincentio Cagnatio, Revoletto Becco, Paganotto, & Aicardo Carutio. *lin.* 16. ubi *l.* ubi jam. *lin.* 24. causis *l.* pactis. *lin.* 26. equis *l.* aquis. *lin.* 27. Gavitiis *l.* Guaytis. *lin.* 32. jam *l.* prout jam. *lin.* 34. juvando *l.* vehendo. *lin.* 35. facturo *l.* faciendo. *lin.* 40. Contilis *l.* Cortilis. *lin.* 43. per Ecclesiam Aquensem *l.* pro Ecclesia Aquensi. *lin.* 56. foricaneus *l.* forensis. *lin.* 59. competentem *l.* competentem. *lin.* 60. supradictum *l.* supradicti. *col.* 229. *lin.* 13. Dalfus Caiffa *l.* Delfus Crifa.

MCCLV. *col.* 230. n. 215. *Spectat hoc documentum ad annum MCCLIII., minime vero ut scribarum incuria hic irrepfit ad annum MCCLV. Nam & sub anno præcedenti bis refertur a C. V. Chenna p. 117. & 181. Del Vescoyato d' Alessandria. Alexandria 1785. T. 1., qui ultimo exeuntis augusti interpretatus est pro die 31. augusti. Incidit quidem casus, ut hoc anno dies lunæ cum die 31. augusti concurrat, at ratio temporum computandorum hoc ævo a notariis adhibita repugnat. (vide Alessium Recherche Stor- Crit. delle antichità d' Este pag. 344. it. 654. Padova 1776. fol. aliosque) ut proinde ultima dies exeun- aug. interpretanda sit pro die 17. aug., quæ in diem lunæ pariter incidebat. *lin.* 14. Magino Chenna *l.* c. legit Mazino.*

MCCLVIII. *col.* 232. n. 219. *lin.* 60. error irrepfit. addenda unitas numero XVIII., ut notæ concurrant. *col.* 233. *lin.* 38. filiorum *l.* prædiorum.

MCCLVIII. *col.* 234. n. 220. nonnulla addam ex collatione facta cum membrana Capituli. Ac primo monendus lector in titulo transpositionem typographum fecisse, qui ita edendus erat: particula testamenti &c. *lin.* 21. Guidono *l.* Guidone. *lin.* 37. cohærentes *l.* cohærent. ubi puncta hæc adde: modo tamen quod pro. *lin.* 40. quo *l.* ita quod. *lin.* 43. fuerunt *l.* fuerint. in fine ubi &c. adde jussu dicti Episcopi hanc cartam scripsi. Dolendum est integrum testamentum ad nos haud pervenisse, tum quia ex ipso forte & hujus Episcopi gesta, & adjuncta sive personæ, sive familia, ad quam pertinebat, cognoscere; tum quia cum pro more illorum temporum multa in Ecclesias, ac monasteria, & capellas, aliaque pia instituta legare testatores solerent, de Ecclesiarum hujus Civitatis statu uberem forte notitiam haberemus. Multum enim conferunt ad mores, ac disciplinam antiquam cognoscendam hujus generis monumenta. In hunc finem edidi testamentum Henrici Canefri, & M. Bonifacii Carreti. At cum isti extra civitatem Aquis morarentur, sicut edocent nos plura de iis regionibus, ac personis, quibus ipsi familiariter utebantur; at hujus Civitatis vix meminerunt. Proferam itaque duo alia testamenta ex membranis Capituli nuper eruta, quæ sic se habent.

Anno Domini MCCLXXVIII., indictione VI., die Martis XXV. januarii in domo hospitalis de Buliente, præfente Domino presbitero Wilhelmo Capellano Aquensis Canonice, Frederico Robellino, Matheo Rodino, Gropello, Henrico Ogerii, Johanne Emburro, Manfredi Milane, & Tebauda filio Arnaudi Tebaudi testibus rogatis, & ad hoc specialiter vocatis. Dominus presbiter Albertus Scota valida infirmitate aggravatus, sed mente sanus esse confitebatur, timens, ne ab intestatu decederet, volens bona sua disponere per nuncupationem suam condidit testamentum. Imprimis legavit pro mercede animæ suæ, & remissione peccatorum suorum majori Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Aquis ad hoc, ut ponatur in martello, & ut habeat partem in orationibus Sacerdotum, & Canonicorum dictæ Ecclesiæ, domum unam jacentem in civitate Aquis, cui cohærent Canonici, & via, & ad dictam Ecclesiam, sive in zimitero ejusdem suam eligit sepulturam. Item legavit Florinæ conversæ in hospitali de balneo duos ex suis buliis. Hæc sunt debita, quæ Dominus presbiter Albertus Scota dare tenetur pro hospitali de balneo, & occasione dicti hospitalis; in primis dare debet Jachete lib. 5. sol. 7. asten., pro quibus emit in dicto hospitali bovem 1., & inde habet cartam. Item sine carta precio lib. 11. ceræ, & ejusdem precio causei sol. 11. den. 9. Item precio olei sol. 1. den. 6., & pro uno congio den. 7. Item uxori stange nomine petri nigri de Cavatorio mod. 4. & st. 4. grani. It. filio Salvini st. 12. grani. It. debet nigro de Paernis ad istas mentions proximas messes st. 4. grani. Item benistanti de castro Richerio st. 4. gr. It. Elene de Punzono st. 4. gr. It. confrarie pro quadam Domina Sibilia Lanzagalla st. 4. gr., & pro companaticis, & kalendis sol. 10. vel circa. Item Wilhelmo contis scote st. 7. grani, pro quo assignat ei usque modo in solutum simul moliam unam jacent in pozovero, cui cohæret Dominus Episcopus, Templarii, & Anselmus Marengus; aliter habeat suum granum. Item legavit, & dimisit Berreloxio unum plazium in pozovero, cui cohæret via, hæredes q. Jacobi de Rocha. Item legavit Raimundo Grossi unum plazium in pozovero, quod laborat, cui cohæret via, & Templarii. In omnibus vero aliis bonis suis mobilibus, & immobilibus, ubicumque sint, & ad eum perveniant, & in vinea una, quæ jacet in pozovero, cui cohærent Anselmus Morengus, & Berreloxius. Item in una alia vinea, quæ jacet in Valloria, cui cohærent hæredes Oberti Leoni, niger de paernis, & fossatum. Item in una alia petia vineæ, quæ jacet in monte, cui cohæret Philippus Cutis, & Wilhelmus Tellura instituit D. Ubertum Aquensem Archidiaconum pro Capitulo Aquensis Canonice nomine dicti hospitalis de balneo sibi hæredem solvendo debita supradicta, quod testamentum voluit valere omni jure, quo melius valere possit: unde hanc cartam fieri rogaverunt plures.

Ego Henricus Mansionis Notarius Palatini hanc cartam tradidi, & scripsi.